

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Vocabula nonnulla Gallica et Italica

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1559)

VOCABULA nonnulla GALLICA, & ITALICA,
Quæ ab antiquis Lingg. Septentrionalibus accersita Alphabetico
ordine disponuntur.

ADdobber, antiquum Gallicum. Ital. addobbare, ornare, adornare; proprie de vestimento ornato; Island. Scand. Saxon. at dubba, dubban, equitem creare, vel ad honorem equitis aliquem solemniter provehere. Inde, quod equitem creatum vestimentis & armis splendidis ornare solebant, addobbare in speciali sensu, adornare. Addobbare autem sic deducit pro more suo Menagius, duplex, duplus, dupus, dobo, dobbo, dobbare, ADDOBBARE.

Aggrappare, grappare. Ital. unguibus vel uncis arripere. olim apud Franco-Gallos grapir, unde grapin, harpago, uncus, à veteri Septentrionali gripan, Sax. ȝripān, Francicè gripān, Cimbrice at grypa, rapere, arripere; & non ut Menagius: Da adrepere, repere, grepere, grapare, adgrapare, quo nihil tanti viri amplitudine indignius.

Airain, Gall. æs, Franco-Theotisce ar, æs; aren vel æren, æneus.

Aisceau, petit bache; Franco-Theotiscè acas, securis; Allamanicè acus; Gothice **AUZI**: Anglice ar.

Alabarda, Ital. Hallebarde, Gall. Halbard, Ang. Hallebard, Germ. vox manifeste composita ex vetustis Septentrionalibus, quorum prius scribitur Goth. **AAH**. Cimbrice, haul, hell. Sax. healh, halb, heal, hæl. Latino barbata halla, aula, & bard vel barda, securis, bipennis.

Aleinc, alene, Gall. subula; German. aelsene, elsene. Anglo-Sax. ale. Ang. alwl; & borealibus Ang. elsen.

Aleu, Gall. aleu franc, vel franc aleu, à Latino-barbaro allodium vel alodium, quod ab adjectivo Theotisco all, quod in compositione perfectionem, plenitudinem & præstantiam denotat, & Scando-Gothico lod vel lood, quod fundi proventum & fructum territorii annuum cum ulufructu significat. ef madur sîr a orefenne jordu Pa a landr drotin lod alla, sequi retinet illocatum prædium, ad dominum terræ pertinet omnis proventus. ex cod. legum cit. à Gudmundo Andrea, in Lexico suo Islandico. Bafa ad heimela lodhalsa, dimidia pars usus fructus coloni est. Frostapings lagen, cap. 2, 3, cit. ab Olao Verelio, in indice suo veteris linguæ Gothicæ. Ex hisce constat lod vel lood esse vocem forensam Gothicam, fundi fructum vel usum fructum significantem, & denotare lodium duplicis generis; 1º. vel præstantissimum omnium, quod allalod tacit, & comprehendit prædium liberum, cuius possessor dominium directum cum utili habet, & usumfructum cum proprietate conjunctum, & ab omni reditu & servitio immunem. unde lood à Runolpho in grammatica sua Islandica, *æl' iðoxv* vertitur proprietaria soli possessio; 2º. vel minus præstans, aut minus perfectum, quando quis ter-

ram tenet non pleno, perfecto, & directo dominio, sed ut usufructuarius, vel beneficiarius, vel feoditarius, qui halsa lod, dimidium lodii, vel aliquam aliam ejus partem superiori domino, nomine reditus, solvit; aut, ut tractu temporis accedit, vice reditus, fructuum censum, vectigal, aut pensionem pendit; vel servitium nobile sive ignobile præstat, ut conditionem tenendi terram vel prædium. Prius lodium, dicitur allodium; & prædia ab omni reditu, censu & servitio libera, terræ allodiales vocantur. Posterius proprie constituit foedum aut beneficium reditui, censui aut servitio subjectum. Hæc, pace maximorum virorum Somneri & Bradæi dicta velim, qui allodium ex all, & had derivandum censent, ut infra videbit lector.

Alte vel halte, Gall. Alto; Ital. vox castrensis, qua milites gradum sistere jubentur. Germ. halt vel halt still. Angl. hold vel hold still. A Francico holden. Germ. halten. Sax. healban, tenere, retinere. Faire alte, gradum suppressere; faire faire alte, jubere agmen subsistere.

Ammutinare, ammutinarfi, seditionem facere. Gall. mutiner. Non à motu, ut Octavius Ferrarius, sed à veteri Septentrionali mot, Sax. mot & gemoz, conventus, concursus; quod forsan à veteri Gothico moti, contra, adversum; quod convenire solent homines maxima ex parte ad aliquid mali opponendum vel impugnandum. Vel potius mot est verbale, à metan, concurrere; à mot denuo motan idem ac metan, concurrere; inde mutinare, & cum præpositione ad, ammutinare, concurrere; & in speciali sensu, seditionis causâ concurrere vel ad seditionem faciendam convenire.

Angoife, Gall. Angoscia, Ital. angor, anxietas. Sax. angrumian, angere, contristare. Angrum, tristis, sollicitus. Germ. angst, anxietas, animi angustia. Cimbrice, angr, dolor, meror. angist, angustia. at angra, angere. at angrast, tristari.

Aringo, Ital. locus certaminis. Primario circus sive stadium in quo equites hastis concurrunt, & per tralationem forum, sive certamen oratorum, in quo ingenio, & orationibus contenditur. Hinc verbum rengare, & arengare, & aringare, orationibus in foro, comitiis, & senatu contendere; Gallice haranguer, unde harangue concio, oratio; Anglice an harangue. A rengare etiam non tantum locus concionis, sed pulpitum, sive suggestus, renga & aringo & ringhiera appellatur. Quia etiam congressuri in stadio, & in foro dicturi, in ordinem, & seriem disponebantur, Galli formarunt nomen rang, quod personarum & rerum ordinem, & rectam dispositionem significat; & verbum ranger, suo quæque loco disponere. Angl. a rank, to range. Aringo autem, Angl. a ring, cum verbis rengare & arengare, omnia accersenda

da sunt à veteri Gothico ring vel hring. Saxonice hping, hpincg, & ping; Cimbrice *hringr, & ringr, quod non tantum annulum, sed Gyrum, circum, circulum, specialiter circulum hominum, sive spectatorum & auditorum coronam significat; quod in Edda, manhring appellatur. Hinc commune dictum, a Ping oc a ring, de causa, quæ agitur in foro coram iudice; & †flaa ring, aliquem pugnaturum, concionaturum, vel vitâ privandum circulo includere. Quam perperam autem de notatione vocis Aringo, Octavius Ferrarius & Egidius Menagius, videat lector linguarum veterum Septentrionalium qui fautor & patronus esse velit.

Arnese, Ital. Harnois, Gall. armatura. Cimbrice, harnesfia; Francice, harnisch, arnisch. Forfan in primario sensu pro armatura capitis vel cranii, quod Gothice est **OMIKNS**; Cimbrice, hiarne; Francice, hirn.

Arrestare, Ital. arrestar, Gall. sifere, morari, retinere, detinere, & in sensu forensi secundario capere, comprehendere, à præpositione Lat. ad, quæ Italis in compositione vocum usitatissima est, & à veteri Septentrionali restan, Francice, perstan, Sax. quiescere, requiescere; unde verbale rest. Sax. perz, quies.

Attaccare, Ital. attachar, Gall. attachiare, Latino-barbare. in sensu forensi, qui primarius est, per lictores apprehendere; & quia per lictores apprehensi ligari, & vinciri solent, dein in sensu secundario civili, ligare, vincere. Attaccare autem neque ab adaptare, addattare, attaccare, ut frustra ludere solet Menagius; neque ab affigatere, ut Ferrarius; sed à Latina præpositione ad, & veteri Septentrionali tacan, quod Sax. tæcan, Cimbrice tafa. & tafia scribitur, & capere, levare, sumere, accipere, tollere, auferre, significat. Inde apud veteres Danos tæfia, captura, & taf, in plurali tæf, luctantium prensationes, & arreptiones: ut, efre tæf, nedre tæf, lauja tæf, pro modo luctæ.

Auberge, Gall. herberge. Ital. hospitium; à Francico hereberg, tentorium, hospitium; unde herebergan, hospitio excipere.

Avifare, Ital. monere, advertere, etiam monere quenquam ut advertat; inde in sensu haud multum ab simili Gallicum avifer, nunc avifer, deliberare, consultare, & reflexive, s'avifer; Italice, avifarfi, advertere, animadvertere. Avifare autem olim avifare, accersendum est à Latina præpositione ad, & veteri Septentrionali wisan, quod Saxonice pisan, & Cimbrice visa scriptum, significat monstrare, docere, instruere.

Aune, aulne, Gall. Italice, alna, ulna. Saxonice, eln, ælne. Alam. ele, eln.

B.

Bague, Gall. annulus. à Francico boug. Gothice baug. Cimbrice bagua. Saxon. beag, bez, (quæ liquido satis derivanda sunt à bigan, bugan,

flectere,) monile, armilla, gemma, sertum, coronâ.

Banc, Gall. Ital. banco, scamnum, subsellium; à Franco-Theotisco benc vel banc. Sax. banc, scamnum, sedile. inde banquier, Ital. banchiero, mensarius, argentarius. Banc ergo non ab abaco, ut Ger. Vossius & Menagius.

Bara, Ital. biere, Gall. feretrum. non à vara, neque à Latino, ferendo; ut Menagius; sed à veteri Septentrionali, quod Saxon. est bæp, bæpe; Cimbrice ber, & bœrur; Francice bara; quæ sunt omnia verbalia à beran; Sax. bæpan, bepan. Cimbrice at bera, ferre, portare, bajulare, offerre; unde qui mortuos efferunt apud Anglos vocantur the bearers. ut feretrum à hier.

Baratta, Ital. pugna, contentio; Islandice & Scand. baratta, prælium, pugna, contentio; baratto madr, pugna, litigiosus. barda fuller menn og fuser til barattu, pugnares viri ad prælia litesque sunt prompti. Inde barrater, & barratry, voces forenses Anglorum, à Normannis deductæ.

Baron, Ital. Barone; Hispan. varon; Angl. baron, inter nobiles insignis; à proceribus vel primoribus regni; Latino-barbare, baro, à veteri Theotisco bar, baro; Goth. **VMK**; Saxon. pep, vir, mas, homo; unde proceres regni barones dicuntur, utpote quod homines principis essent, quibus feoda vel terræ ab eo dabantur, ut illi in bello servirent, ad tuendum regnum, vel ut aliquod castrum vel oppidum armis defenderent. Gallis etiam & Anglo-Normannis, baro est vox forensis maritum significans, ab eodem themate. Baro autem à Germanis accitum Hirtius Pansa, lib. 1. de bello Alexandrino, civitate Romana donavit: concurritur ad Cassium defendendum, semper enim barones, compluresque evocatos cum telis secum (more scilicet Germanorum principum) habere consueverat.

Bateau, scapha, navis. à Franco-Theotisco Bat. Bec, nomen monasterii quod in Normandia super rivum quendam situm est. Vulgo Abbaye de Bec. Bec autem ad Gallos à Nortmannis profectus est, haud secus ac à Danis ad Anglos boreales, apud quos beck, torrentem & rivulum denotat. Islandice & Norvegice becfur scribitur, de quo sic Gudmundus Andrea, in Lexico suo: Becfur, rivus, torrens, à *myn*. Kiliano scribitur befe. A Bec vero vel Beke multa nomina rivorum, & oppidorum quæ super, vel juxta rivos in Normannia situm habent, ut Caudebet, oppidum galerorum opificio celebre, Latino-barbare Caldum beccum, à permeante rivo sic vocatum. Caldum beccum vero significat rivum gelidum. Nortmannice faldur becfur, & abjectis terminationibus Cimbricis, fald beck, vel fald beck; unde L pro more Gallorum in v liquefcente, Caudebet. Huc referenda sunt Orbet, Kobet, & id genus alia, in provinciis Gallie, quorum Nortmanni, vel Anglo-Nortmanni domini fuerunt. Vide Menagii Dictionaire Etymologique in BEC.

* Vide vocem in Lexico Islandico Gudmundi Andrea, & in Olai Verelii indice Linguae veteris Scytho-Scandicæ, sive Gothicæ. † Anglice, ta make a ring, in eodem sensu.

Befacé, Gall. *mantica*; à Franco-Theotisco *bedellac*, *betelsac*, *mantica mendici*; inde Gallo-
rum, *reduit à la besace*, de *redacto ad paupertatem*.

Bidello, Italice, *apparitor*; Bedeau, Gallice, *speciatim scholarum & professorum minister*. ut, *bedeau de l'universite, academia bedellus*. Bidello autem non à *bedellus*, quasi *pedellus*, à *pedo*, si-
ve *baculo*, quem gestat; nec quod sit alteri à *pedibus*, quasi *pedarius*, ut *Vossius* de *vitiis fer-
monis*, lib. II, 3, & lib. III, 2. Sed tam *Bi-
dello*, quam *bedellus*, à veteri Septentrionali *bi-
del* vel *bidele*, quod Saxonice scribitur *bydel*,
bybele, derivandum est. Saxonice vero *bydel*
vel *bybele*, *præconem*, *nuntium*, & *exactorem* si-
gnificat, siue *apparitorem minorem*, cujus erat,
officia minus honesta exequi. Vide *Ducangii*
glossarium in voce *bedellus*.

Biever, Gall. *fiber*, *castor ponticus*; Ital. *biva-
ro*; A.S. *beper*; Angl. *bever*; Theotiscè *bever*.

Blanc, albus; Island. *blacr*, *subalbus*, *glaucus*; extrito n more gentium *Scandicarum*, qui n ex-
terminant ante *cx*. ut in *refur*, *vir*. Saxon. *penc*.
beckr, *scamnum*; Saxonice *benc*. *drecka*, *bibo*;
Saxonice *bpence*. &c.

Blé vel bled, *frumentum*; Latino-barbaré *bla-
dum*. Sax. *bled* vel *blæb*.

Blond, Ital. (L in I, pro more gentis, muta-
ta) *biond*, *flavus*; & *biondello*, *flavicomus*, *au-
ricomus*. Saxonice *blonben*, *flavus*, *rutilus*. *blon-
ben-pxax*, *flavicomus*.

Bloquer, *undique circumcludere*; à veteri Theo-
tisco *belocan*, quod ex *be*, & *loc*, *sera*, *clausura*,
componitur.

Bord, *crepido*, *ora*, *ripa*, *margo*; & *bord*, *casa*
mobilis, *prædium* vel *tugurium beneficiarium*,
Franco-Theotiscè *bord*, *margo*, *ora*, *domus*; Saxon.
innan bopb and ut, *intra limitem & extra*, vel
intra domum & extra.

Bote, *ocrea*; Saxon. *bytta*, *lagena coriacea*,
unde *butte*, *poculum*, *dolium*.

Botega, Ital. *boutique*, Gall. *taberna*, *officina*,
apotheca, *caupona*. Botega mihi videtur esse *Gotb*.
originis, à *bud*, *buda*, *taberna*, *tenitorium*, *taberna-
culum*; unde *tollbud*, *telonium*; sed alii ab *apo-
theca*, *potheca*, *poteca*, *botega*, ut *Salmasius* &
Menagius accersendum esse putant. Ego potius
à *Bud*, *buding*, *budig*, *budiga*; ut à Saxonico,
hepe, *hepuz*, *hepuzga*, venit *hepza*, *exercitus*.

Botte, Ital. *dolium*. Lat. barb. *butta*; Græco-bar-
barè *βούτις*, *βούτις*, *βούτις*. Omnia à veteri Septen-
trionali *butte*. Sax. *butte*, *bytte*. Cimbrice *bytz-
ta*, *dolium*, *orca*, *lagena*, Anglice à *butt*, *dolium*.

Bouc, *hircus*. à Francico *buk*, *buka*; Saxon.
bucca. Germanice *bock*. unde *bukelare*, *scutum*,
per metonymiam *materia*, quasi à *bukesleder*;
Flandrice *bockanleder*, *hirci corium*. Bouclier,
à Francico *bukelare*; Kiliano *bofelar*. *bockenstier*.

Bourg, *oppidum*. à Francico *burg*, Sax. *bupz*,
bupze. Germanice *burg*.

Bout, *finis*, *terminus*; Saxon. *onbutan*, *abu-
tan*, *in confinis alicujus loci vel urbis, circa locum*.

Bozzo, antiquum *Italicum*, quod *nothum*, vel
inhonesta matre procreatum significat. Multa de
hac voce *Menagius* & *ferrarius*; sed *Gothicis*
basingr, & *busta* originem suam videtur ac-

ceptam referre *Bozzo*; de quibus sic *Gudmundus*
Andreas: *In antiquo legum codice Basingr*
heiter barn, *er kona elur vid manne sinum er sekur*
er ordinn, skogar, og er ecki arfgeingt, dotz
ter er kallud Busta. Basingr & busta, vocan-
tur nati, quos uxor, viro exule facto, parit, nec
enim in Legitimorum loco habentur, quibus pa-
rentum bona hæreditario jure competunt. A busta
autem & ar principium, quod scribitur etiam or,
& ord, Bastard, quasi Busta-ord, vel Bustord,
origine vel ortu non legitimus, forsan accersen-
dum est. Peti etiam non inepte potest Bastard
nobis, Franco-Germanis, Franco-Gallis, & Gotbo-
Italis commune, à busta, & art vel ard, quod
naturam & indolem significat, quasi diceret natu
vel natura non legitimus. Basingr autem & busta,
Franc. boes, boese, boest, pravus, a, um.

Brando, *ensis*; brandr apud *Skaldros*, *ensis*. i. e.
titio, torris. Sic dictus, ut alibi ostendimus, à
flammea specie, & igneo splendore. Frustra in hu-
jus vocis etymol. *Menagius* & *Ferrarius* laborant?

Brandon, *torris, titio, fax*; Island. *Brandur*;
Fran. & Saxon. *Bpand*; German. *brandt*.

Breche, *fractura*; ut, *faire breche à la mu-
raille, murum perfringere*. Planè à *Theotisco* *brec-*
can vel *brecan frangere*.

Brida, Ital. *bride*, Gall. *bridell*, Angl. *Fræ-
num, habena*. In hujus vocabuli origine labo-
rat *Ferrarius*, in Septentrionalibus literis hospes,
quam tamen manifestè habes in Saxonico, &
Francico *bpibel*, *bpýdel*, *bpidel*, *frænum*.

Bronzo, Ital. *bronze*, Gall. *æs*. A veteri Sep-
trionali *brand*; Sax. *bpand*; Francice, *brand*,
brando; Cimbrice *brandr*, *pruna*, *titio, torris*. quæ
sunt omnia verbalia à *brennan*, *bpennan*; Cim-
brice *brenna*, *urere, ardere*. Brand autem in plu-
rali facit *Brands*; unde *Veneti prunas bronze* vo-
cant. Germ. *brantz*, & *bruntz*; unde à *pruna-*
rum colore, bronzo, æs, orichalcum.

Bufet, Gall. *abacus*, in quo *pocula & alia ad*
mensam reponuntur. Compositum est ex *Francicis*,
vel Sax. *beob*, *mensa*; & *fat*, vel *vat*; Sax. *pæt*
fat, *vas*.

Bulste, Ital. *bulto*, *effigies hominis usque ad hu-*
meros vel pectus; à *Theotisco* *brulsta*, *pectus*.

C.

Cito, Ital. *puer, puella*. non ut aliqui, à Græ-
co *κίτος*, neque ut *Ferrarius*, à Latino *scitus*; sed
exterminato n ante d, à *Franco-Theotisco* neutri
generis *kind*, *kindo*, ejusdem significationis. A
Cito autem diminuta *Citello*, *Citella*, *puer, puella*.
Vulgus *Insulrum* etiam *puerum bene nutritum*
schiatto & *schiatello* vocant. A Cito etiam
quod pronuntiat, ut *chito* apud *Anglos*, sit
Anglicum *chit*, quod *puerum protervum*, & *mo-*
lestum, & per tralationem *misellum hominem* de-
notat. Scoti etiam *insanabili macie, & languore*
laborantem, luridique oris puerulum, spectro-
que pene similem appellant a schit, & a fairy
schit, ac si *puer tam tabidus, & mali aspectus,*
lemurum siue larvarum potius, quam hominum
foetus esset habendus.

Cloche, Gall. *campana*. Fra. Theotiscè *clugga*;
Germ. *clock*; Belg. *floffe*; L. *barbare clocarium*.

Coc vel coq, *gallus gallinaceus*; A *Franco-Theotisco* coc.

Compagnon, *Gall. Italice*, compagno, *sodalis*, *socius*, *equalis*, *convictor*; manifestè à *Scandico* vel *Islandico* *fompan* ejusdem significationis; *fompanskip*, *societas*, *consortium*; Vide *Olai Virelii Lexicon*, quod *indicem* vocat *Lingux Scytho-Scandicæ* & *Gotbicæ*. Frustra in hujus vocis etymologia *Menagius*, & *Ferrarius*.

Crier, *Gall. clamare*, *clamitare*, *acclamare*, *vociferari*, *vocare*. *Italice* gridare. *Hispanis* gridor. *Gothicè* **ΓREITAN**, *flere*.

D.

Drudo, *Ital. Latino-barbare* *drudus*, duo significat. Primo, *fidelem vassallum*. Secundo, *Amatorem*, *Amasiam*, *Concubinam*. Omnia forsàn à veteri *Septentrionali*, quod *Cimbrice* scribitur *truadr*; *Francice* *treowad*, *truad*; *Saxonice* *τρεοπαδ*, *fidelis*, *fide strictus*, quia non tantum *vassalli* dominis, sed *amantes amasii* fidem dare solent. Drudo etiam *vassallus* peti potest à *Goth. drott*, *familia*, *plebs*, *turba*, quod *domini vassalli* & *clientibus* in magno numero *stipati* incedere solebant. *Amatorem* vero & *Amasiam* significans deduci forsàn haud inepte potest in *secundaria* significatione à *drotten*, *dominus*, & *drotta*, *domina*, perinde ac apud *Anglos*, *Amasia* vocatur à *missres*, & apud *Gallos* *une maîtresse*.

E.

Elmo, *Ital. galea*. *Saxonice* & *Francice* *helm*. *Cimbrice*, *hialmr*.

Escrimer, *Gall. digladiari*. *escrimeur*, *lanista*. à *Francico* *scriman*, *defendere*.

Eperon, *esperon*, *calcar*. Vide *sperone*.

Eltafilade, *ictus baculi*; à *Franco-Theotisco* *staff*; *Sax. ræf*; *Germ. staf*, *baculus*, *scipio*, *fustis*, *virga*.

Eltasier, *pedisequus*; à *stap*, *stip*, *Sax. ræp*, *ræpa*, *passus*, *gressus*, *vestigium*, *incessus*.

F.

Falda, *vestis ruga*, *plica*, *vestis extrema pars*, *ora*, *fimbria*. Non à *farcendo*, unde *fartum*, & leniore litera *faldum*, & *falda*, quod *oræ gossipion* aut *lana* *farciri* solet, ut *Menagius* & *Ferrarius*; sed à veteri *Septentrionali*, quod *Francice* *fald*; *Gothicè* **ƒALLƒ**; *Saxonice* *ƒealb*; *Cimbrice* *faldur* scribitur, & *plicam* significat. Unde *Francicum* *faldan*; *Sax. ƒealban*, *plicare*, *complacare*. Inde numeralia in **ƒALLƒ**, *ƒalb*, *ƒealb*, quæ *Latine* in *plex* & *plus* exeunt.

Falo, *Ital. festus ignis*, *pyra*, *lignorum strues lætitie causâ accensa*; B in U, & U denuo in F mutato, manifestè à *Gothico* *bal*; *Sax. bal*, *bæl*; *Francice* *bal*, *balo*, *rogus*, *flamma vebemens*, *pyra*. Inde etiam *Franco-Gallicum* *Falot*: de quo sic *Academici*: **FALOT**, espece de grande lanterne, que l'on porte ordinairement au bout d'un bâton. *Allumer un falot*. On appelle, **FALOT**, dans la maison du Roy, des Princes, un grand vase

qu'on emplit de suif, de poixresine, & d'autres matieres combustibles, pour éclairer dans les cours.

Fante, *Italice*, *servus*, *serua*; inde etiam *militēs qui pedibus stipendium merent*, *fanti* & *infanteria*. *Gallice*, *P'infanterie*, *peditatus*. Omnia à *Scandico* *fantur*, *satelles*, *famulus*; *fanter*, *satellites*, *famuli*.

Fel, *crudelis*: ut, fort fier & fel; *Anglo-Saxonice*, *pelle*. *Angl. fell*, *crudelis*; occurrit etiam in *ms.* quod penes me habeo, *felon* in eadem significatione. qui sont vers lui [viz. le roi Richard.] si felons & crueux. & poltea; & ne consentez neque je perde mon pais ne ma vie par ces felons traitres plains denuse. Inde forsàn *Gallis* *felon*; *Italis* *fellone*; *Anglis* *fellon*, & *felo de se*, qui adeo in se *crudelis* est, ut mortem sibi conciscat. Et *felonia*, ut accipitur quum pro omni *capitali delicto*, tum specialius pro *delicto vassalli* in dominum, propter quod amittit feudum. *Crudelitas* enim noxius & perniciosus est animi affectus, à quo omnia maleficia, præsertim majorum gentium, ut *latrocinia*, *raptus*, *incendia*, *homicidia*, & *istiusmodi* procedunt. à fel ergo primogeniâ voce, *Latino-barbarum* *felo*; A *felo*, *felon* & *fellone*; & à *felon* denique *felonia*; profus ut à *bar*, *homo*, *Latino-barbarum* *baro*; A *baro*, *baron*; A *baron*, *baronia*, *Anglice*, a *barony*.

ƒƒƒƒ. *Saxon. ƒoddep*, *theca*, *Elfr. Gloss. Latino-barbare*, *ƒotrum*, *foadrum*, *Gallice* *fourreau*.

Fol, *Gall. stultus*, *delirus*, *fatuus*, *insanus*, *rationis expers*. *Folie*, *stultitia*. *Cimbrice* *fol*, *ferox*, *iracundus*, *fatuus*, *insipiens*. *Anglice* *fool*. *Cimb. follsta*, *stultitia*. *Ang. folly*. Pu fol tar lar sem ein snapr, impudenter loqueris fatue. Pu er fol mifill, stultissimus es. *Cod. Orm. hefr bat verit mifill folsta*, magna hæc fuit stultitia. *Edda*. A fol quoque forsàn *Italicum*, *fol*, *ineptia*, *nuga*, *quid vanum*, *fatuum*, *fabulosum*, *stultorum garrulitas*, & *loquacitas*. Inde verbum *folare*, *ineptias* aut *stultas* & *inanes fabulas recitare*, *nugas venditare*. *Menagius* autem, & *Ferrarius*, pro more suo, sic *fol* deducunt. Da *fabula*, *faula*, *favola*, *faola*, *fol*, ut à *parabola*, *paraola*, *parola*. Penes lectorem sit *judicium*.

Foudre *Gallice*, *fulmen*; & *foudroyer*, *fulmen vibrare*, *emittere*, *Cimbrice* *fudr*, *calor*, *celer motus*; *At fudr*, *efflagrare*, *moveri more fulminis*.

Foule, *Gall. turba*, *caterua*, *folla*, *Ital. multitudo hominum*. A *Francico* *gebula* [i. e. *gefula*.] *thar gisamnod uuarth megin folc mihil manage-ro theodo*, *thoh* *fia* *thar alla gilico gebula* *ni* *quamun ueros thuru enan vulleon*, *congregata* *eo* *fuit* *ingens hominum multitudo* *ex multis regionibus*, *quamvis omnis caterua & homines* (i. e. *omnis caterua hominum*) *non propter eandem causam*, *eademve intentione*, *convenerant*. *C. C.* *gefula* autem aliquam affinitatem habet cum *Saxonico* *ƒela*, *multi*, *multæ*, *multa*. *Francice*, *filo*. *Cimbricum* *fiol*, in verbis compositis notat *copiam*, & *multitudinem*; ut in *fiolfindi*, *multiscientia*; *fiolmæli*, *omnium sermone vulgatum*. *fiolmenni*, *multitudo*, *plebs*, *turba*. Hinc apud *Cimbros* at *fiolga*, *multiplicare*; *fiolgast*,

multi-

multiplicari, augeri. Omnia plane a Goth. **FLAN** *multus multum.* Quam ridicula igitur ista *Menagii*: Folla, *moltitudine.* dal lat. inusitato *falla*, originato da *fullus*, detto per *fullo, fullonis.*

Fourage, commeatus, quasi fodrage; A Latino-barbaro, *fodrum, pabulum;* quod à Theotisco *foder;* Saxon. *fodpe.* Ang. *fodder.*

Fourbir Franco-Gallice; Francice furben, gifurben, mundare, polire: Findit mit bifemen gifurbit, invenit scopis mandatam. Tat. LVII, 7. Angl. *to furbish, renovare, reparare, sarcire.*

Fra, præpositio Ital. inter. ut *Menagius,* & omnes alii, per *aphæresin* pro *infra,* quod pro *intra:* ut, *infra octavum, pro intra octavum.* *Intra se* pro *intra se;* Gallice, à part soi, en foimême. Ego vero cenfeo istud *infra* infimæ Latinitatis potius conflatum esse ex Gothicis, præpositione **IN,** Saxonice, *Francice, in;* & **FR,** Cimbrice *fra, de, è, ex;* & ab hac præpositione **FR,** *fra, Italicum fra, accersendum esse.* Conjecturæ nostræ favent istiusmodi phrasæ, *fra me, fra me stesso, quod idem est, ac fra di me, fra di me stesso, de meipso.* *Fra che e poco, brevi;* verbatim, *ex hoc breve est.* Præterea *fra* apud *Italos* usurpatur in compositione ad augendam simplicis significationem, perinde ac **FR,** *fra,* apud *Mæso-Gothos & Cimbro-Gothos:* ut in *fracassare, destruere, ingenti fragore evertere, vel labefactare, ex fra, & cassare, quod est à Latino quassare.* Sic apud *Mæso-Gothos* **FRAGIÐAN,** reddere; **FRALINSAN,** perdere; **FRALLETAN,** remittere, dimittere; aliaque id genus, ut *frabax, excellens, præcox, &c.* Destruit etiam significationem simplicis, ut apud *Mæso-Gothos, & Cimbro-Gothos:* ut, *fraitendere, male capere aut intelligere;* sic apud *Mæso-Gothos* **FRYANRKGAN,** peccare; sic apud *Cimbro-Gothos* *frainuen, perversus, &c.*

G.

Gagner, Gall. acquirere, lucrari, vincere, prævalere. In *Lexico Runico Olai Wormii, Geingi* exponitur *præstantia, secunda fortuna.* Anglo-Saxonice *zenge beon est prævalere, succedere;* ut, *þer cýninges bene mid drihtne zenge pepe, preces regis apud deum valebant.* *Unc zenge ne þer, non nobis commodum erit.* *Ungenge, nullius virtutis, ineptum, irritum.* *Ge ungenge dydon bebod zober, irritum fecistis mandatum Dei.* *Island. geingur, procedit, succedit.* *Pa friette David hversu bardagin geinge, tum quæsit David quomodo bellum succederet.* *Aff þorne þesse þyfer vel drucked eff i einum dryck geinget, em sumer specka aff i tuimar, en ein genn er suo litel picitumadur ad ei gange aff i þreimur, bene videtur bibere, qui uno haustu hoc cornu exinaniverit, quidam binis exhauriunt, &c.* Goth. **ΓΛΓΕΙΓΑΝ,** lucrari, acquirere, quasi **ΓΛΓΕΙΓΝΑΝ:**

Ganyf, cultellus. Cimbrice, **FKLF,** *gnys, culter, Angl. knife.*

Garder, Ital. guardare, servare, conservare, custodire, defendere; & garde, conservatio, custodia, præsidium, cura, observatio; à Francico *uuar-*

den, prospicere, intueri, observare, custodire; nam *Galli & Itali* carentes *w,* ejus loco adhibent *e* vel *ev.*

Gaspiller, Gall. dispenser en debauché, bona male consumere; *Island. spilla;* Saxonice *zespillan, consumere, vitare, corrumpere;* & *zod-spillan, bona consumere.*

Gerbe, Gall. fasciculus, manipulus spicarum. *Faire des gerbes, spicas vel segetem in fasciculos componere.* *Gerbier, acervus frugum.* *Gerbe autem Picardis est garbi.* Occitanis *garbo.* Latino-barbare *garba, spicarum manipulus;* & *garbagium, præstatio gerbarum.* omnia à Theotisco *Ripan, metere;* *rip, messis;* *rip, seges, cum præfixa otiosa particula GI, vel GE, vel GA.* Unde in glossis *Lipsianis, garivon, Alemannis gerven, manipulus;* à *garipan, metere.* Anglo-Saxonice *ripian est demetere segetes.* In *Franco-rum lege Salica, reffare segetem, est spicas vellere.* *rip & zepip, seges.*

Ghirlanda, Ital. Corona, sertum. Cimbro-Gothice *gardland.* Anglice *garland.* *Gard* autem in *gardland* verbale videtur à veteri Septentrionali verbo *gyrdan* vel *girdan, Cimbrice giorda* vel *girda, Saxonice zýrdan, cingere, nehere;* unde *giord, cingulum, cinctorium;* Sax. *zýrdel, zýrdel.* *Ghirlanda, igitur videtur dictum, quasi girdlhand, ut gardlanda, quasi gardel-hand, i. e. sertum manu curiose vel affabre textum.* Hæc saltem Septentrionalium literarum gnaris vero magis familia videbuntur, quam cum *Menagio* sic vocem derivare: *gyrus, girus, girulus, girulare, gylare, ghirlare, ghirlendus, ghirlanda.*

Gramo, Ital. mæstus, tristis; & secundo sensu, *miser.* Non à Latino *gramia,* ut *Ferrarius, & Menagius;* sed potius à veteri Septentrionali *gram, Cimbrice gramur, Sax. gram, Francice gram, gramo;* Germ. *grahm, iratus, iracundus, furiosus, molestus.* Quia vero *irati & molesti, mæsti & tristioris vultus, sive melancholici semper & sunt, & videntur, translata ab Italis fuit vox ad mæstum significandum, unde verbum Gramare, mæstum facere, contristare.*

Groß, Gall. magnus, crassus, densus. à Francico *gruoz vel groz, magnus.*

H.

Hanter, Gall. frequentare locum aliquem, in aliquo loco versari, vel frequentare aliquam personam, vel cum aliqua persona versari; à Theotisco *handelen, (quod à handele, conversatio, negotium, actio,) consuescere, negotiari, versari;* ut, *handelen ende wandelen met jemanden, alicui consuescere, cum aliquo versari.* KILIAN.

Harde, troupeau de bêtes; Francice horda; Saxon. heopda, heopd, grex, Dan. hîrde; Goth. hARKA:

Herdes, Gall. sarcina; à Theotisco *hord, Goth. hARKA, Thesaurus, gazophylacium, armarium, abditorium, repositorium.*

Hardi, Gall. fortis, audax. per Metaphoram à Cimbrico & Franco-Theotisco *hard.* Gothice **HARKAS.** Ang. Saxon. *heapd, durus.* Unde Theotisce *hardo, harto, valde, fortiter, diligenter;*

Unde *valde laborare*, Anglice dicitur *to labour hard*; & *fortiter contendere*, *to strive hard*.

Hrnois, vide Arnese.

Haro, harou, seu clamor *de haro*, qui apud Normannos potissimum obtinuit, & in clamari solet dum crimen aliquod capitale perpetratur, ut *furtum, incendium, homicidium*. Haro vero, vel harou, non quasi *ba Roul*, i. e. O Rollo, ut Galli scribunt; ac si clamor iste ab in clamantibus primum edebatur tanquam *Rollonis* ducis auxilium implorantibus, cui hujus clamoris origo adscribitur; sed, ut ego puto, à Cimbrico *hior*, Goth.

